

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Ohm Adam Böhm

## **Disputatio De Emptione Et Venditione**

Rhodopoli: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730624064>

Druck Freier  Zugang



4  
76

# Disputatio DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

QUAM

*Kauf und Verkauf*  
*Adspirante divinâ Aurâ*

Permissu & authoritate Amplissimi  
J Ctorum ordinis, in Illustri Rostochiana

S U B P R A E S I D I O

*Viri Clarissimi Consultissimi,*

Dn. CHRISTIANI O H M,  
J. U. D. excellentissimi,

*exercitijs gratia exhibet*

A D A M B E H M E  
Neorept. Pomer.

*Habebitur disputatio 20. Febr.*

R. U. j

1613

I.D. 187. 53.

06(0)00

RHODOPOLI

*Rostock*

Typis Joachimi Pedani, Anno 1613.

R. U. - j 1613 Ohm, Christian / a



THESES I.

**M**ptionis venditionis (quâ res inter homines maximè communicatur, quâq; ferè nihil in commercijs hominum frequentius æquabilius & utilius unquam exituit, *Wes: in parat: ffor. tit: de contra. emption. n. 1.*) vocabula latissimè patere, & relata ad l. 12. tabb. omnem alienationem in se comprehendere ex l. statutis liberi 29. ff. de statutib. l. sicut. §. venditionis ff. quib. mod: pign. vel hypoth. solv. Constat.

II.

Strictè verò ab Imp. Justin. *in pr. Inst. b. t.* sumta emtio venditio rectè definitur contractus nominatus, juris gent. solo consensu initus, de re Emptori, pro certo pre-  
cio venditori dando., tradenda.

III.

Ex qua Definit: apparet, tria ad perfectionem hujus contractus potissimum requiri, Consensum nimirum, Mer-  
cem & Precium.

IV.

Si itaq; Contrahentes vel in corpore, (*ut si ego emo fundum Titianum, tu verò vendis fundum Cornelianum*) vel in materia (*cum pro auro as; pro argento stannum, pro vino embamma emero*) dissentiant, nulla est emtio venditio l. in venditionibus 9. ff. de contrah. Empt.

V.

Ideoq; precium ab emtore solutum conditione indebiti, vel sine causa repeti potest, l. cum ab eo, §. l. l. Domum. l. sua rei 16. ff. b. t.

A 2

Qua-

## VI.

Qualitatis error quamvis contractum non vitiet, efficit tamen ut venditor, quanti interest emptoris, se non esse deceptum præstare teneatur *I. si sterili. §. 2. ff. de act. empt.*:

## VII.

Consensus præterea utrinq; debet esse liber: unde manifestum est, quemadmodum regulariter nemo potest compelli, ne quidem à principe, ut invitus rem tuam vendat. *I. nec quasi. 70. ff. de R. V. I. id quod nostrum. de reg. Jur. I. II. C. h. t. ita etiam, ut rem alienam emat nemo cogitur.*

## IX.

Excipiuntur ab hac regula, Dominus servi, cuius sævitia est intolerabilis *§. 2. Inst. qui sui vel al. jur. sunt Got. hofr. ad d. I. II. C. h. t. Dominus rei communis I. 13. §. 17. ff. de act. empt. testamento vendere jussus. I. 65. ff. de legat. t.*

## X.

Hi tamen & similes casus, qui utilitate publicâ exigente emergunt *Kopp. quest. illustr. decis. 59. ita intelligendi sunt, ut justum venditori premium exsolvatur.*

## X.

Quemadmodum propter consensum invitî, sic quoq; propter eundem, infans, furiosus, prodigus, cui bonorum administratio ademta est, hunc contractum celebrare nequeunt.

## XI.

Quod si inter tutorem & pupillum, curatorem & minorem Emtio venditio contracta subsistere debeat, contutoris authoritas, & concuratoris consensus ut intercedat, vel palam & bona fide fiat, necessum est.

Alio-

## XII.

Alioquin Tutor rem pupilli ab alio, solutionem  
differentē emptam, soluto precio retinere potest, *i. tutor  
56 ff. de administr. & pericul. tutor.* quippe hoc casu anti-  
qua videtur emptio, in qua auctoritas legitimè fuit in-  
terposita.

## XIII.

Porrò omnium Rerum, quas quis possidere, vel per-  
sequi potest, venditio rectè fit: Sive eæ sint mobiles sive  
immobiles, sive absentes sive præsentes, sive alienæ sive  
propriæ, sive corporales sive incorporales, sive extantes  
sive futuræ, ut fructus nascituri, partus ancillæ foetus  
pecorum & sim:

## XIV.

Futuræ autem rei Emptio Conditionalis est; ideoq;  
nullis natis fructibus emtio quoq; nulla est, & premium  
datum condictione certi repetitur.

## XV.

Hinc datâ occasione, Emptionem annuorum redi-  
tuum, vulgo Wiederkeuffliche Zinse esse licitam, secundum  
Carolinas constitutiones Anno. 30. & 48. Augustæ  
promulgatas, statuimus. *Gail. 2. obs. 7.*

## XVI.

Res, naturali vel gentium jure hominum commercijs  
exemptæ, in hunc contractum non veniunt, *i. si in em-  
ptione 34. ff. b. t.*

## XVII.

Unde liberi hominis, rei sacræ, sanctæ, religiosæ,  
publicæ vel publicis usibus destinatæ nulla est emptio ven-  
dit: nisi in casibus in *L. sancimus 21. C. d. SS. Eccles.* & *l. fin.*  
*C. de vend. reb. Civit.* expressis.

A 3

Ad

## XIIX.

Ad eundem modum valet contractus, si res sacræ alterius rei venditioni accesserint, ut si prædium in quo locus sacer & religiosus erat, venditur, *i. in modicis 24. ff. h. t.*  
*i. quedam 62. ff. de acquir. rer. dom.*

## XIX.

Nostræ quoq; rei emptio nulla est, sive à sciente sive ab ignorantे ea fiat *i. suæ rei 16. h. t.*

## XX.

Precium, quod tertium hujus contractus substantiale requisitum est, in numerata pecunia consistere, & certum esse debet.

## XXI.

Sufficit autem partes initio precium certum constituisse, ceteroquin si postmodum ipsis consentientibus frumentum pro pecunia datum, aut opus aliquod præstitum fuerit, Emptio venditio nihilominus contracta reputabitur, *i. precij 4. C. de restind. vendit.*

## XXII.

Definitur precium vel expressè, cum quantitas ipso nomine, aut relative, quoties scilicet aliquâ demonstratio ne designatur, *i. hæc venditio 7. ff. h. t.*

## XXIII.

Unde, si fiat eo precio, quod in arca habeo; Item si tanti res sit empta quanti Titius eam aestimaverit, valebit empt: vendit.

## XXIV.

Quotidianâ etiam suffragante experientia frumenti, vini, aut alterius rei, pro precio, quo hoc vel illo die in foro publico ea res ematur, venditionem fieri posse concludimus cum Gomez. 2. Kar: rosol. 2. n. 9.

Atin

XXV.

At in alterius contrahentium arbitrium si collata fuerit precij definitio, contractus non valebit. l. in vendentis 13. C. b. t. d. l. hac venditio. cod.

XXVI.

Visis substancialibus, sequitur ut non nihil de accidentibus hujus contractus subiiciamus.

XXVII.

Quorum principaliora sunt; conditio, scriptura, arrharum datio, pactorum adjectio.

XXIX.

In scriptis celebratur, si expressè inter contrahentes convenerit, ut in scripturam redigatur, l. contractus 17. C. de fid. instrum. etiam si clausulae hujus, ne videlicet valere debat, antequam scribatur, in Instrumento non fiat mentio. Oldendorp. clas. 4. act. 1.

XXIX.

Tum demam verò perfectè contracta censemur, si completiones in d. l. contractus descriptas acceperit.

XXX.

Scripturá alias sine tali expressa conventione in hoc contractu interveniente, Ematio non in scriptis contracta, sed per scripturam tantum probata dicitur, l. contrahitur 4. ff. de pignor. & hypothec. Dn. Lindem. in prælect. ad. Inst. b. t. notab. m. 4.

XXXI.

Arrha etsi ad substantiam emtionis non pertinet, plerumq; tamen majoris cautionis gratia in hoc contractu intervenire solet, ut nimirum sit argumentum, emptionis vel contractæ. l. quod arrha 35. ff. b. t. in pr. Inst. cod. vel contrahendæ, si sc. in scriptis contrahatur.

XXXII.

Priori casu, cum ematio perfecta sit, ne quidem cum arrha.

arrharum dispendio ab ea recedere licet: Sed venditum  
præcisè tradendum, vel si omnino id fieri nequeat, inter-  
esse præstandum est l. contractus C de fid. instrum. l. 2. C.  
quand. licet ab emt. reced. l. de contractu 3. l. ratae. 7. C. de  
rescind. vendit.

### XXXIII.

Posteriori verò dum aliquid ex completionibus deest;  
& poenitentiae locus datur, & à contractu emptor vel ven-  
ditor resilire potest; hic ut arrhas duplicitas restituat, ille  
ut datas amittat: de quo casu intell. princ. Inst h. t. Dn.  
Lindem. d. loc. natab. 5.

### XXXIV.

Tantum de arrhis. Sequuntur pacti, quæ vel legibus  
prohibita, & pro non adjectis habentur: vel concessa  
sunt, & huic contractui suum esse largiuntur, ut sunt pa-  
ctum addictionis in diem, Legis commissoriæ, & de  
retrovendendo.

### XXXV.

Addictione in diem ita qualificata, ut simelior condi-  
tio se obtulerit, à contractu discedatur, Emptio pura est,  
quæ sub conditione resolvitur.

### XXXVI.

Unde omne lucrum & damnum interea temporis ad  
emtorem utpote dominum pertinet, l. 2. & 3. de in diem addic.

### XXXVII.

Melior autem conditio extitisse intelligitur, quoties  
utilitas Venditoris, sive in oblate precio majori, sive in  
solutione maturiori & faciliori versatur, l. 4. & 5. ult. ff.  
d. t. W. f. eod. num. 4.

### XXXIX.

Sub lege commissoria celebratur emtio, ut si emtor  
precium intra certum diem non exsolverit, res pro in  
empia

empta habeatur, l. 4. ff. de leg. commissor. quo pacto ad Ven-  
ditorem vi pacti conventi res recidit: Nisi venditor, præ-  
terito die, qui lege commissoria solutioni erat p̄tā finitus,  
premium vel petat, vel oblatum accipiat, tunc enim huic  
pactio[n]i renunciasse censetur, jus etiam Emp[er]ori electione  
Venditoris acquisitum, variatione ipsius interverti nequit.  
d. l. 4. §. eleganter l. de lege 6. §. fin. cum l. sq. d. i. ubi  
Wif. Don. 16. com. 19.

### XXXIX.

Pacto de retrovendendo, aut tempus redimendi adjici-  
tur certum, aut non adjicitur.

### XL.

Illo casu quæritur, num venditor post lapsum præsti-  
tuti temporis, oblati precio adhuc rem redimere possit?  
quod negandum putamus cum Menoch. de arb. judic:  
quæst. cas 217.

### XLI.

Hoc verò casu gravissima, & mirum in modum à Dd.  
agitata quæstio sece offert, an nimirum juri offerendi præ-  
scribatur? Negativ: amplectimur per ration: à Gai. 2.  
obs. 18. n. 5. & qq. & Wurmb. tit. 28. obs. 3. allatas.

### XLII.

Nihilominus tamen Dominium in Emptorem trans-  
fertur, quapropter si is rem secundo vendiderit, venditor  
à posteriori Emptore rem vindicare non potest, sed ad-  
versus priorem Emptorem ad id quod interest consequen-  
dum, actionem personalem habet. Treutl. vol. 1. Diff. 28.  
ib. 10. lit. c. Dd. ibid. all.

### XLIII.

Effectus hujus contractus, uti & aliororum est obli-  
gatio, & ex hac protmanans actio.

### XLIV.

Ut autem Venditor ant tradendum id quod ven-  
didit

didit Emptori, sic quodq; Emptor ad premium dandum  
venditori est obstrictus.

X L V.

Hinc concludimus, Venditorem non ad transferen-  
dum rei dominium, ut Emptor precij, vigore hujus contra-  
ctus esse obligatum, sed satisfecisse si praescribendi facul-  
tatem Emptori præbuerit.

X L VI.

Et quamvis Emptio perfecta sit simulatq; de re & pre-  
cio conventum est, Venditor tamen rem tradere non tene-  
tur priusquam premium est exsolutum, vel Emptor paratus sit  
de praesenti illud solvere: nisi de eo fides sit habita.

X L V I I.

Quæritur, itaq; an in dubio fides de precto habita  
fuisse videatur? Neg.

X L V I I I.

Non solum autem ex Ædilitio edicto Venditor rem  
salvam, incorruptam, & ab omni vitio liberam tradere,  
t. t. ff. de Ædilit. Edict. I Verum etiam evictionem præstare  
tenetur. t. t. de Evict.

X L I X.

Imò, quia Emptione perfectâ periculum rei venditæ  
ad Emptorem etiam ante traditionem pertinet §. 3. Inst.  
b. t. l. 7 ff. de pericl. & comm. rei vendit. æquum & justum est,  
omnes accessiones, tam internas, quæ ex re ipsa prove-  
niunt, quam externas, ut si venditus servus postmodum  
aliquid acquisivit venditori l. 13. §. 13. & 18. de act. Empt.  
etiam ad eum pertinere.

L.

Tum demum autem periculum ad Emptorem transit,  
si pure venditio facta sit, & quid, quale, quantumq; sit,  
quod venditum est, constiterit. Da. Lindem. notab. 16.

Sicut

L I.

Sicuti quoq; dampnum rei venditæ ante traditionem,  
culpā, morā, vel calliditate Vēditoris deperditæ, ipse sentiet.

L II.

Tantum de obligationibus. Nāscuntur præterea ex  
hoc contractu actiones duæ, civiles, bona fid. directæ &  
transitoriae, Emī sc. & venditi.

L III.

Illa Emītori ejusq; heredi, adversus Venditorem ejusq;  
heredes ad rem tradendam, hæc venditori, ad consequen-  
dum omne quod ab Emptore præstari oportet, æqua-  
liter competit.

L IV.

Deniq; rescinditur hic contractus aut officio judicis,  
aut partium dissensu, re adhuc integrā.

L V.

Sanè officio judicis rescinditur propter jus retractus  
sive ægripūtūs, vel læsionem ultra dimidium, per l. 2. C.  
de refc. vendit.

L VI.

Hinc queritur; An is qui jure retractus uti vult, te-  
neatur verum rei precium solvere, an verò quod emītor  
obtulit? Hoc Affirm.

L VII.

Deinde an Emītor habeat beneficium l. 2. C. de refc.  
vend? Affirmativa subscribimus.

L VIII.

Cessat autem beneficium hujus L. in venditione jūdi-  
cis decreto solenni facta.

L IX.

Item si rei venditæ valorem venditor sciverit, & ni-  
hilominus infra dimidium justi precij vendiderit.


L X.

Et si specialiter ei fuerit renunciatum.

Coro-

# Coronid: loc: quar:

Si Emtor thesaurum in revendita invenerit, ita ut venditor ultra di-  
uidium Iesu reperiatur num remedio d. l. z. ei sit subveniendum? Neg.



DOCTISSIMO DN. RESPONDENTI,

ADAMO BOHEMO Neo Trept. Pomerano,  
SS. L. L. studiosissimo; Sympatriota & amico suo dilectissimo  
candidissimoq; adclamat.

**M**agna (heu) pars hominum somno noctesq; diesq;  
Indulgens vitam vivit, agendo nihil;  
Major, (eos vocites Epicuri de grege poros)  
Virtuti indicit prælia, agendo male;  
Maxima, Aristotacum Solensem sponte sequuta,  
Cessitat in tenebris semper, agendo aliud.  
Horum tu nullum sequeris doctissime ADAME,  
Quin mens nobilior (res patet ipsa) tibi.  
Est Homo revera supremum ex omnibus imis  
Ex superis cunctis non minus imus Homo est;  
Hinc animam merito satagit curare perennem;  
In mala ne preceps sit, nimiumq; sequax.  
Verum desidie quod sordida castra relinquas,  
Sedulus in studijs in Themidosq; sacris,  
Quod tibi spernatur non sancte spura voluptas;  
Quæratur virtus solaq; pulca tibi;  
Quod tua (posthabitis que frivola cunq; videntur)  
Lectio sit Baldus cottidiana tuus:  
Illius haud fallax tua Dissertatio testis,  
Qua sub præclaro Præside, bella cies;  
Emtio, quid paucis, atq; ex fundamine Iuris.  
Venditioq; agili dexteritate doces.  
Macte animi donis, de queis tibi grator ab imo  
Pectore, ADAME, animi pars adamata mei.

PETRUS MAURITI Trept. Pom.

• 96 96 •

empta habeatur, l. 4. ff. de leg. commissor. q.  
ditorem vi pacti conventi res recidit: N  
terito die, qui lege commissoria solution  
precium vel petat, vel oblatum accipiat  
pactio renunciasse censetur; jus ejam i  
Venditoris acquisitum, variatione ipsius  
d. l. 4. §. eleganter l. de lege 6. §. fin. c  
Wif. Don. 16. com. 19.

### XXXIX.

Pacto de retrovendendo, aut tempus  
tur certum, aut non adiicitur.

### XL.

Ilo casu quæritur, num venditor p  
tui temporis, oblati precio adhuc ren  
quod negandum putamus cum Meno  
quest. cas 217.

### XLI.

Hoc verò casu gravissima, & mirum  
agitata questio sece offert, an nimirum  
scribatur? Negativ: amplectimur per  
obs. 18. n. 5. & 199. & Wurmb. tit. 28. ob

### XLII.

Nihilominus tamen Dominium in  
fertur, quapropter si is rem secundo ve  
à posteriori Emptore rem vindicare n  
versus priorem Emptorem ad id quod in  
dum, actionem personalem habet. Tr  
ib. 10. lit. c. Dd. ibid. all.

### XLIII.

Effectus hujus contractus, uti &  
gatio, & ex hac promanans actio.

### XLIV.

Ut autem Venditor ant tradend

Ven-  
præ-  
nitus,  
huic  
tione  
quit.  
z. ubi

dijci-

ræsti-  
os sit?  
udic:

à Dd.  
i præ-  
atl. z.

trans-  
nditor  
ed ad-  
quen-  
yb. 28.

obli-

ven-  
didic

